



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

140 Restitutio gloriae, & famae, à quo facienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

fuit de anno 1592. in Tribunali Metropolitano Taurinensi, à me sententiatum; quæ sententia à nuntio Apostolico tunc Taurini residente confirmata, & deinde executioni demandata fuit, sed ꝑ eum ratio sit anima legis, Jason. in l. qui quadringenta, num. 2. ff. ad Trebell. opinio Borgn. non satis videtur fulcita rationibus, quam ipse fundat in doctrina Cephalii & Capici, quos allegat, qui loquuntur in legato dotis, & relicto conditionali, quod est valde diversum à dote, quæ in pœnam delicti debetur, ex supra allegatis, & ex diversis non fit illatio, l. Papinianus exul. ff. de minor.

137 Cùm enim dos ꝑ debeatur in pœnam stupri culpa, & facto stuprantis, & mulieres defloratæ damnum patiantur, quod propterea, ut plurimum, non inveniunt viros, qui illas in uxores ducere velint, Fe-
 138 linus in cap. Ecclesia S. Mariae num. 60. in fin. de constit. occasione damni illati, illa dos debetur loco interesse in restitutionem damni passi. ꝑ Datur enim dos marito pro sustentatione oneris matrimonii, in quo insunt alimenta mulieris, & alia necessariò præstanda, & cum virgo deflorata ob honoris, & famæ deteriorationem, non inveniatur virum, à quo debeat intentari, dos, quæ aliàs deberetur viro ad sustentandum onera matrimonii, debetur
 139 illi mulieri, qua se possit alimentari, ꝑ quia obligatus ex delicto damnificante bona aliena animæ, qualis est persuasio vitiorum, vi, dolo, vel metu facta, aut gloriæ, vel famæ, ad restitutionem tenetur. Navarrus in Manuali cap. 13. num. 12. & 14. Et dicta dos non simpliciter pro matrimonio contrahendo est persolvenda, sed pro damnorum refectione: quia etiam si non

contrahat, habebit illam pecuniam, ut d. cap. 1. s. si vero pater, & ibi gloss. in ver. dotabit, de adult. erit enim in optione deflorantis illam in uxorem ducere, vel dotare, & ita alternativè debet condemnari, per text. in eod. cap. 1.

140 Quantitas verò dotis ꝑ esse debet juxta facultates deflorantis, & dignitatem puellæ, ut per gloss. fin. in eod. cap. 1. ubi etiam Abb. num. 4. sed quia sæpe dubitari solet, an simpliciter in dote præstanda qualitas puellæ sit attendenda, respondeo affirmative, non autem qualitas dotis, quam aliàs pater fuerat daturus, quia puella virgo, & formosa cum dote centum ditioribus loci matrimonio collocari poterit, defloratæ verò, ut cum viro, quem ante deflorationem habuisset matrimonio jungi possit forte trecenta non sufficient; idè
 141 ꝑ deflorans virginem, quam postea desponsare recusat, tantò plus illi dare tenetur, si facultates suppetunt, quantum, propter deflorationem, ut virum paris conditionis, quem antea habere potuisset, invenire valeat ꝑ virginitas enim est secunda dos, quæ major requiritur post deflorationem, ut per Abbatem post alios dda.
 142 in eod. cap. 1. n. 4. & quantum ꝑ amissa virginitate puella perdat cecinit Catul.
 carmin nupt. sequentibus versibus.

*Vt flos in septis secretis nascitur hortis
 Ignotus pecori nulli contusus aratro,
 Quæ mulcent aura firmat sol. educat imber,
 Multi illum pueri, multa optavere puella,
 Idem, cum tenui carptus defloruit ungue,
 Nulli illum pueri, nulla optavere puella,
 Sic virgo dum intacta manet, dum chara
 suis, sed*

*Cum castum amisit, polluto corpore florem,
 Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis.*

R 1 2

& Am.